


Fa. 15.





DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA, ⁴
DE
**PEREGRINATIONE
MEDICA,**

Von Gesundheits-Reisen, oder Medicinischen Wallfahrten;

Quam

AUSPICE DEO PROPITIO,

Et Consensu atque Auctoritate Gratiſſæ Facultatis Medicæ,

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,

P R Æ S I D E

DN. D. MICHAELE ALBERTI,

SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB.

CONSILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFES-

SORE PUBLICO ORDINARIO, ETC.

DECANO SUO SPECTATISSIMO,

Domino Patrono, Præceptore ac Promotore suo, omni honoris cultu prosequendo,

PRO GRADU DOCTORIS

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILE-
GIIS DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,

HORIS LOCOQUE CONSVETIS,

ANNO MDCCXXXIX. D. MART.

PUBLICÆ AC PLACIDÆ ERUDITORUM VENTILATIONI SUBJICIET

R E S P O N D E N S

GEORG EMANUEL EICHENFELD,

WRIZENSIS AD VIADR. MESO-MARCHICUS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
TYPIS JO. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICAE

PHRESEOLOGIA

MEDICAE

Ab Jo. Gmelino, Praeceptoris Publici, Medici, et Chirurgi, H. C. S. P.

ANNO MDCCCLXXIII, DIE XXV. MARTII, MDCCC.

Dr. D. MICHAEL FRANK, PRAECEPTORIS PUBLICI, M. D. C.

PHRESEOLOGIA
D. D. MICHAEL FRANK, PRAECEPTORIS PUBLICI, M. D. C.
H. C. S. P.

FRANK, M. D. C.
H. C. S. P.





PROOEMIUM.



DE Vita humana **PLATO** in *Axiō-
cho* dicit: *Vita peregrinatio quæ-
dam est*, in quantum enim illa
progressum, seriem atque con-
geriem existentiæ, durationis, &
conservationis corporis huma-
ni, œconomix motuum, fun-
ctionum, mutationum, augmentationum, melioratio-
num &c. complectitur, in tantum perpetuæ pere-
grinationi æquiparatur, quoniam perennem transi-
tum, motum, atque processum constituit; hinc præ-
terita transeunt & anni labuntur: præsentia celeri cur-
su progrediuntur, & futura aut quæ ante nos sunt,
successive occupantur, ac subinde constanti hoc mi-
gratione ætas humana transigitur: quare a **PETRO**
1. *Ep. II. n.* homines advenæ & peregrini vocantur,
& vita *παροικία* nominatur, quæ inhabitationem ad
breve tempus denotat, unde mox discedendum esset,
*non enim hic manentem civitatem habemus, sed futuram in-
quirimus. Ebr. XIII. 14.* ob id **DAVID Ps. CXIX. 19.** *Pe-
regrinum in terris se nominat, & Ps. XXXIX. 13. pere-
grinum*

gvinum & advenam. Ebr. XI. 13. vocantur homines *hospites & peregrini* super terram; ita etiam Patriarcha JACOBUS & suam & patrum suorum vitam peregrinationem appellavit *Genes. XLVII.* imo ipse Jehova *Exod. VI. 4.* progressum vitæ in terra Canaan populi Israelitici terram peregrinationum nuncupavit: Quemadmodum enim vita naturalis continuum humorum progressum, exitum, aditum, transitum, & reditum, ut & perpetuam resolutionem, præparationem, reparationem, imminutionem, depurationem, variamque mutationem, solidarum autem partium continuum motum vario gradu, diversa specie, discreto modo, ordine, tempore, effectu, usu &c. modificatum, comprehendit, ita tota hæc motuum & mutationum varietas nonnisi peregrinationem præsentat: nulla dies sine linea, tramite & progressu transigitur; indies alia experimur, sicut sub peregrinatione contingit: sub hoc autem processu vitæ vigorem, utilitatem ac frugiferam liberalitatem observare licet: juxta illud *STOBÆI Sermone 38. Democritus interrogatus ad quid peregrinatio prodesset, respondit, vitæ frugalitatem docet: nihil magis durationi fragilis & caduci corporis inservit, quam sedula ac continua humorum peregrinatio per illud; qui quamprimum manentem & fixam alicubi sedem occupant, ad interitum ruunt & ad corruptionem plurimum properant: Et hæc peregrinatio vitalis cum diversis subjectis, bonis & pravis materiis, cum diversis organibus, functionibus & variationibus commercia init, nam uni tantum sub- & objecto hac in occupatione,*
vix

vix utilitatem promittit, quo illud SENECAE spe-
 ctat Ep. 104. *Socratem quarenti cuidam, quod nihil sibi pe-
 regrinationes profuissent, respondisse ferunt, non immeri-
 to hoc tibi evenit, tecum enim peregrinabaris: o quam be-
 ne cum quibusdam ageretur, si a se aberrarent: i. e. aliis
 etiam cum rebus conversari didicissent.* Quodsi itaque
 processus ille vitæ animalis, non modo cum rebus in-
 quilinis, domesticis & quotidianis, sed etiam cum va-
 riis aliis extraneis, inusatis, peregrinis, ac mutatis
 versetur, tunc negotia sub multiplici rerum vicissi-
 tudine melius succedunt, quam si tantum cum inqui-
 linis & familiaribus commercium suum tractaverit,
 quod amplius probavit D. D. PRÆSES in differt.
de Con- & insuetudine ægotandi: sub hac peregrinatio-
 ne, sive curriculo vitæ, res antea plane insolitæ & pe-
 regrinæ tandem sicut familiares atque adsueta tra-
 ctantur, ut impofterum bene ordinatæ œconomia
 vitali, nil nisi eminenter vitiosum peregrinum exi-
 stat; quo illud alludit, quod apud LAERTIVM Lib.
*VI. c. 1. extat: Sipienti viro nil peregrinum esse, nisi quod
 cum vitio conjunctum est:* Exinde inclarescit vitam nil
 nisi Medicinam Practicam *viatorum*, & sub mutatione
 & augmentatione etiam *Regenitorum* physico sensu
 esse. Quod Medicina sit, facile ex forma illius genui-
 na inclarescit, dum corpus humanum fragile, corru-
 ptibile, imperfectum momentaneis perniciosis altera-
 tionibus & offensionibus expositum salvum & inte-
 grum conservat; ita ut quotidiana in omni homine
 lucta vitæ & mortis occurrat, & sub tali medica mili-
 tia in quolibet individuo per aliquod, imo saepe per

notabile temporis spatium, victoria contra mortem impetretur, ac mirabili plane modo corpus a devastatione & destructione putrefaciente, in quam tamen totum quantum est propendet, defendatur, arceatur & praeservetur: hanc observationem latius exposuit & demonstravit *D. D. PRAESES diff. de Vita & Mortis commercio*: argute pro more suo *B. Henr. MÜLLER* in *Evangel. Schluß-Kette domin. XXI. Trinit. p. 859. a.* inquit: Wir fangen an zu sterben, indem wir anfangen zu leben: allgemählich vergehen wir wie die Lichter und sterben von Blicken zu Blicken, bis das Leben samt dem Sterben ein Ende hat: Was ist dann unser Leben? ein langes sterben, doch bey den einem länger, als bey den andern. Wir sterben, so oft wir in ein neues Alter treten. Dem Jünglinge stirbt seine Kindheit ab; dem Manne seine Jugend, den Alten seine männliche Kraft, bis endlich mit dem Todt alles Alter aufhört: also beut der eine Todt dem andern die Hand, und sind wir mitten im Leben mit dem Todt umfangen. So mache dich die Natur mit dem Todt gar frühe bekannt. Praeterea vita Medicina practica, haud vero speculativa, aut novitatibus & ingeniosis opinionibus turgida est; talem fabulosam vitae explicationem *PARACELsus de vita longa Lib. 1. cap. 1.* tradit: *vita dicit, est mumia balsamica conservatrix corpus mortale, & Lib. 4. c. 7. ut & de natura verum Lib. 4. vita hominis nihil aliud est, quam balsamus astralis, impressio balsamica, ignis invisibilis caelestis, aër occlusus, & penetrans spiritus Salinus.* Similem gryllo capturam, ac vanas de vita phantasias fovet fides Paracelsi Sectarius *HELMONTIUS tr. de ortu formarum*, quando vitam *Lumen* vocat: quo pertinent

rinent abstrusæ, insulsæ & phanaticæ appellationes balsami naturalis, qui in æquilibrio partium temperiem & humores servare, easque a putredine & corruptione defendere dicitur; accedit comica locutio calidi nativi, humidi influi f. radicalis, sulphuris vitalis, Gas de natura Salis balsamici, Vulcani naturalis, flammulæ vitalis, & siquæ alia crepundia otiosis & curiosis ingeniis venalia exponuntur: *conf. GARMANNUS de Mirac. mort. Lib. III. tit. 1. §. 7. seq.* Retius & perspicuo magis atque sobrio sensu vita generatim Medicina Practica est, i. e. effectiva, negotiosa, perpetuo motu & mutatione operosa, variis motuum speciebus, gradibus, applicationibus, effectibus, functionibus laboriosa, & quidem talis exercitatio & administratio viatorum, aut peregrinantium existit hominum, videlicet ex uno termino temporis & existentiarum progredientium, nunquam in uno puncto absolute & constanter subsistentium, sed continuo plus ultra migrantium: ob id jure meritoque vitam nostram naturalem indefinentem peregrinationem & migrationem nominamus: quæ sicut spontaneos suos observat cursus, tramites, limites & progressus, ita non raro medico levamine & adjutorio indiget: quibus adminiculis inter alia ipsa etiam Peregrinatio adscribenda est: Memores autem illius effati, quod *PLUTARCHUS Lib. II. Apollonii cap. 5.* profert: *jucundius obambulabimus, si nos in hac peregrinatione compellationes aliquæ deduxerunt:* ideo præfenti hoc inaugurali specimine de PEREGRINATIONE MEDICA succincta deductione differemus:

cui

cui instituto ut cœlestis nostrarum actionum moderator optimos largiatur progressus, est quod devotissimis precibus rogamus.

§. I.

DE Medica Peregrinatione differentibus nobis in recordationem atque attentionem incidit quærela VERULAMII in interiorib. rerum cap. 18 p. 1167. dicentis: *Mirabile certe in navigationibus, ubi nihil aspici datur, præter cælum & pontum, conficere consueffe homines diaria. Verum in peregrinationibus per terram, in quibus tot res occurrunt observandæ, plerumque hoc omitti. Non quidem hodiernum descriptiones itinerum, aut Itineraria deficiunt, deficiunt autem multum speciales commendationes & relationes peregrinationum, usibus medicis respondentes, aut in vita & sanitatis utilitatem institutæ & adhibitæ. Generarim quidem hinc inde itinera ad avertendos & mitigandos morbos laudantur, rarius autem speciali commendatione ad certos & distinctos usus, effectus & morbos ordinata inveniuntur: SENECA de tranquill. anim. c. 2. eloquitur: id proprium ægri est, nihil diu pati & mutationibus ut remediis uti: inde peregrinationes suscipiuntur vagæ & littora pererrantur &c. qua enunciatione instabiles, erroneæ & vagæ peregrinationes velut dubium asylum, quo impatientes ægri confugiunt, allegantur, ast Epist. 79. idem SENECA inquit: in remedium cedunt ambulatio, exercitatio, navigatio, concussio (velut diversa species & varius gradus commotionis corporis, quo merito peregrinatio referenda) quicquid animum erexit, etiam corpori prodest: Pere-*

Peregrinatio itaque commotio corporis arbitraria, cum mutatione loci consueti, cum distantibus aliis locis, ideo *mutatio per agros* vocatur, quoniam Romanis usitatum erat distantias locorum, *agris*, stadiis, passibus metiri, numerare & nominare: inde locutiones *per agros migrare* über Feld gehen, i. e. verreisen, nec domi & in loco consueto se continere, extra mœnia, limites, hortos, terminos se conferre, ita ut talis mutatio loci *ambulando, equitando, vehendo, navigando* confici queat; ideo *stadium* ein Feldweges aut spatium & terminus centum cum quinque viginti passibus comprehensum, dicitur; proinde etiam constat stadii appellationem non semper de *agrorum* mensuratione accipi, sed etiam undecimam ac omnium postremam Gymnasionum partem olim constituisse, aut locum & hemisphærium, in quo athletæ concertabant; aliquando stadium pro specie quadam cursus Gymnastici, sicut & athletici accipiebatur, unde Stadiodromi dicti derivantur, qui hanc appellationem a cursu unius tantum stadii impetraverant: singulæ autem hæ acceptiones respectum aut ideam *exercitationis* aut commotionis corporis comprehendunt, quæ inseparabilis peregrinationis affectio est, attamen pro discrepantia speciei nunc lenis, nunc ardua, modo facilis, alibi difficilis: adeoque plus minus laboriosa existit; quæ graves & asperæ peregrinationes beschwehret und gefährliche Reisen, ferre nunquam salubres sunt, quin verius talia sanitati detrimenta concilient, quæ medicam posthac opem & auxiliatricem emendationem postulant: unde liquet *peregrinationis* notionem non absolute salutiferam efficaciam complecti; quemadmodum non *indiscretim* omni motui & exercitationi corporis *medica* vis ad-

B

scribi

scribi potest. Hæc peregrinatio libera & arbitraria mutatio loci est, nec absolutos habet limites, sicut Exilia & relegationes interdum exquisitam distantiam & milliarium seriem continent: & quemadmodum juxta MARTINUM in *Lexic. Philolog.* peregre idem ac *per agrum profectus* & *domi absens* significat, liber Land, über Geld, i. e. verreist, & peregrini omnes illi dicuntur, qui a loco sui domicilii profiscuntur, ita peregrinatio præter majorem corporis commotionem, etiam variationem loci, adspæctus, aëris, socialitatis, consuetudinis, atque usus diversarum aliarum rerum naturalium, complectitur, unde aliæ & quidem eminentes mutationes in animo & corpore excitantur: utut vero plurimæ peregrinationes vires requirunt & afficiunt, eaque propter in dijudicandis & dirigendis itineribus interdum peculiaria consilia instituuntur, an ob subjectorum robur, imbecillitatem, plus vel minus ominosum statum valetudinarium aliasque circumstantias iter tale suscipi debeat, proinde etiam interdum itinera medica, five consilia medica pro peregrinantibus suppeditentur, *conf. BAVERIUS conf. f. 49. 73. Hier. MERCURIALIS tom. I. conf. 47. tom. II. conf. 18. Guil. BALLONIUS Lib. I. conf. 18. Hali Ebn. RABBASUS Part. II. Pract. Lib. I. cap. 31. WEL-SCHIUS Cent. 4. conf. 62. pag. 451. not. LENTILIUS Miscell. medic. pract. Tom II. p. 148. Sim. GÜNTHERUS Hortulus Sanitatis, i. e. de tuenda & conservanda valetudine omnibus litteratis & peregrinantibus, Christoph. SCHORERUS Medicina Peregrinantium, Guil. GRATUROLUS de regimine iter agentium aliique, nihilominus tamen circumstantiæ, causæ & necessitates occurrunt, quæ peregrinationem admodum lenem, mollem & delicatam præcipiunt, vel ut gesta-*

gestatione in lectica, ut & vectura lenissima in molliuscula rheda, ubi tanquam in lecto cubantes homines ab hac commotione corporis nihil levaminis & juvaminis sperare & expectare possunt; nisi illud inde impetretur adminiculum, ut summe *infirmi* ac *chronico* morbo exhausti ex uno in alium locum transferantur, citra tamen præsentis status deteriorationem.

§. II.

Argumenti autem nostri nervus non *indiscretim* Peregrinationem comprehendit, quatenus corporis *commotionem* atque aliqualem mutationem continet, sed in quantum vere *Medica* vocari potest, & quidem dum ex una parte illa utilitates vere medicas præstat, ideoque *sanitari* sublevandæ ac *tuendæ*, imo etiam in *nonnullis* casibus restituendæ, confert, juxta familiarem observationem eorum, qui sub *congruo* itinerum usu & *sani* & *robusti* permanent, quamprimum autem sedato, quieto & sedentario vitæ generi se dicant, *adversa* valetudine conflictari inchoant, indeque eloquuntur, se nunquam meliori ac firmiori sanitate, quam sub *peregrinatione* instructos fuisse; quare tales homines desiderio suo semper exteras petunt provincias: ob id tales peregrinationes *salubres* & sanitatem promoventes *Gesundheits-Weisen* vocantur; ad quas non raro *valetudinarii* confugiunt, ac firmam spem inde sanitatem recuperandi concipiunt, ob id etiam nonnulli valetudinarii, quando *aliorum remedium* usu ad *perfectam* & desideratam sanitatem pertingere haud possunt, ad eandem, velut *asylum* confugiunt, & sacram aut religiosam inde peregrinationem formant, cogitantes fore ut, hoc ultimum, idque certum evadat medium, cujus ope

integram sanitatem recuperaverint. Proinde autem non promiscue, sed certas ob *rationes* aut causas peregrinatio in usum *sanitatis & vitæ* magno interdum emolumento ordinatur & usurpatur, ut vicissim periti medici in *itineratorum* morborum contumaci progressu ad *ultimum* hoc subsidium confugiant, manuisse eine kleine Reise vornehmen, die Lust verändern ꝛc. ita ad *Medicorum* institutum Peregrinationem, testante præc. CICERONIS exemplo de *CL. orat. c. 91.* commendat Salomo CELLARIUS in *originib. & antiquit. medicis*, ubi indicatur eam olim ab ægrotis ita fuisse institutam, ut itinero certis morbis profutura, susciperentur & Romani *Phibiscii*, vel propter navigandi longinquitatem, vel propter *Ægyptiaci* cali salubritatem, Medicorumque *Alexandria* copiam & peritiam *Ægyptum*; alii eodem morbo laborantes *forum Julium* umbria; comitiali morbo afflicti *Anticyram*, alii alia loca peterent. vid. *A. E. L. A. 1701. Febr. p. 87.* Dum autem hæc Peregrinatio medica esse debet, ideo ab *empirica* aliena fit, ne confuso aut *turbulento* modo suscipiatur, quoniam scopus & finis illius salubritatem naturalem concernit: Haud incompte itaque talem *Peregrinationem medicam* nominamus, eine Medicinische oder Gesundheits-Wallfahrt; Peregrinationes enim Sanctorum, Sacræ aut religiosæ eminentem bonum & salutarem scopum præc. habere dicuntur; Sicut Hygiene & hiarctica ars ab antiquissimis sacra & divina vocata constat, ita etiam ad sanitatis æstimationem & prærogativam sacrum & salutarem scopum habet: Prout itaque talium religionum migrationum rationes & conditiones SPEIDELIUS in *Spec. Norab. p. 1338. seq.* & Jo. FISCHIUS in *Libris*; tradiderunt, ita bona interpretatione & comparatione, quo-
ad

ad varias circumstantias cum hisce medicæ excursionibus & migrationibus combinari possunt. Inde inferimus Medicos nonnunquam peregrinationes in usum sanitatis confirmandæ & recuperandæ ordinare & dirigere, interdum vicissim peregrinis peculiari officio, tanquam advenis & a peregrinatione ægris consilia salutaria pro recuperanda sanitate suppeditare: huc quadrat testimonium *Diodori*, quod allegat *MARTINI loc. cit. Sunt apud Indos præfecti peregrinis, quorum munus est prospicere, ne cui peregrino ulla fiat injuria? quod si quis peregrinus in morbum incidit, illi medicum adducunt & quæ præterea necessaria sunt ægroto, curant, si moriatur, sepeliunt.* Ceterum hæc Peregrinatio, de qua nos disserimus, ita fit ordinata, quo rationibus, usibus, respectibus atque regulis medicis conveniat, adeoque veram utilitatem conciliet, juxta illud *RITTERSHUSII in Amphibologio pag. 45. Subemur peregrinari non ut aranea, sed ut apes, ne perniciose moribus, sed utilia potius ac salutaria domum ab exteris reportemus: vid. BE-SOLDI Continuat. thesaur. præct. p. 581. b.*

§. III.

Medicam Peregrinationis tractationem prosequentes, nec Medicorum Peregrinationes, aut Itineraria Medica, nec aliis scientiis & artibus deditorum migrationes, nec generales earum utilitates hoc themate indicamus & commendamus. Nec desunt varii Theologi, qui limitatas Peregrinationum laudes describunt, veluti *CALBIUS, MOLINÆUS, PITSIUS, SCHERERZIUS, DANNHAUERUS in Lact. Catech. Parr. X. p. 26. seq.* ut nihil de illis amplius referam, qui religiosas peregrinationes generatim & singularim descripserunt: Præterea multi *Jurisperitorum*

peregrinationes explicarunt, velut BESOLDUS & NEUGEBAUER de *Peregrinatione*, PYRCKMAIER de *vera peregrinandi ratione*, BELLI de *Prudentia Peregrinatoria*, CONRING. de *Prudentia Peregrinandi*; ut eorum memoriam non injiciam, qui de *Jure peregrinandi* differuerunt: e *Philosophis* FRÖLICH *Cynosuram Peregrinantium* edidit, GAUDENTIUS de *peregrinatione philosophica*, LEYSIUS de *virtutibus peregrinantium* tractarunt, RAUEN *Consilia Peregrinantium* tradidit; seorsim autem BERNEGGER, DIETERICUS, HORNIUS & ZAMELIUS de *Peregrinatione Studiorum* egerunt: Proinde varia statuta, Legata, testamenta & stipendia absolute peregrinationes imponunt & postulant, uti *Statuta capituli Cizensis cap. 2.* testantur, quod a canonicis interdum annua requiratur peregrinatio; quo spectat stipendium aureum, aurea moneta olim exsolvendum, in certa civitate peregrinationi medicorum destinatum; prout ad meliorem opificii culturam focii, officinis suis emissi, uno alterove anno migrationem ad externos instituere tenentur: de qua consideratione boethorum s. sociorum opificiariorum vid. BEJERI *Boethus der Handwercks-Geselle cap. IV. pag. 69. num. 215. de Peregrinatione Sociorum von der Wanderschaft*; observanda tamen illa erit cautela, quam DANNHAUERUS tradit, ne reditu suo peregrinantes loco auri, argenti & eboris bonarum scientiarum, probatarum artium & egregiorum morum, ridiculas simias vanitatum & lepidarum curiositatum, ut & fastuosos pavones caudis suis fucum facientes, cuneum videlicet capitis & lincos aut pyramidales suturas ad furas tibialium Zwickel in Köpfen und Strümpffen revechant, vel ut SPENERUS Theol. Bedenck.

Benedict. I. Ch. p. 369. inquit, ne parentes angelum emigrantem manumittentes, diabolum reducem accipiant, aut vana gloria & jactantia peregrinationis scopus existat. Quod autem *Medicorum* Peregrinationes attinet, tunc quidem nonnullorum judicia obstant, qui fundatis rationibus probant, medico *hodiernum* ad *proprium* artis medicæ fructuosæ exercendæ usum & exercitium excursions ad externos, Gallos, Britannos, Batavos, Italos, Indos &c. adeo necessarias non esse, licet inde quidem inter alia multarum curiositatum sarcina revehi queat: quare *SENECA* *Ep. 104.* constitetur: *Peregrinatio non facit medicum, non oratorem, nulla ars loco discitur*: Huc referri merentur testimonia *WIGANDI de Pbiliatr. Germanic. Itiner. diss. 1.* & *Guidonis PATIN letrr. 46.* (qui posterior Germanos *Peregrinomania* insimulat) quæ *BOHNIUS de offic. medic. dupl. Part. I. cap. 1. p. 15. sq.* allegat, ast qui simul medicis *utilem* peregrinationem declarat, insuper ad *Hippocratis & Galeni* exemplum & effata provocat; quo præterea *RAMAZZINI* suffragium spectat *Lib. de Princip. valetud. c. 2. Opp. p. 707.* quibus dijudicationibus peregrinationum, a Medicis instituendarum, addimus *BARTHOLINI Lib. de Peregrinatione medica*; Senis medici cujusdam legatum vid. *A. E. L. Ann. 1735. Aug. p. 355. Guilielmi SCOTI Prolusiones medicas: conf. A. E. L. Suppl. Tom. I. Sect. X p. 509. LAURENBERGIUM in Lauro Delphica. MERCURIALEM tr. de ratione discendi medicinam, BARTHOLINUM in Cista medica Loculo 24. p. 257. RIEDLINUM in manu ductione ad studium medicum, HEURNIUM, SCHENCKIUM, CORNARIUM, GÜNTHERUM &c. Sed dum disquisitio de necessitate & utilitate peregrinationis Medici non præsentis instituti*

tuti est, quamvis multa exempla probatorum & doctorum medicorum consent, qui nec Belgium, Britanniam, Galliam, Italiam viderunt; ideo *totam* emigrationem ac mutationem loci intelligimus, quæ *vita* ac *sanitari* naturali præcipue confert, quæ sanitatem *præsentem* confirmat, *vacillantem* suffulcit & roborat, languescentem erigit, turbatam & amissam redintegrare & restituere adjuvat; adeoque *exquisite medica* est, quæ præcipue *corporis* integritatem concernit; dum contra peregrinatio medici, *animi* peregrinantium medicorum attinet, qui bonis *scientiis* atque *artibus* instrui & exornari debet, quæ postea sub prudenti *applicatione* artificiosa ad corporis utilitatem dirigi & adhiberi debent.

§. IV.

Medicos Peregrinationis usus commemorantes, prius illa *media* indicamus, quæ ad *salubritatem* illam acquirendam concurrunt: Ex illis itaque *Animus* hominum eminet, qui ad itinera illa suscipienda & perficienda *idoneus*, *attentus*, propensus, ac excitatus est; quo mediante mutationes rerum atque vicissitudines advertuntur, conferuntur & judicantur, qui organorum *sensoriorum* ministerio objecta extranea accipit, percipit, discernit & ad ulteriores *æstimationes* disponit; Animus itaque sub peregrinationibus agilis, assiduus, vigilans, intentus, *contentus*, minime autem morosus, torpidus, tædiosus & *alienus* esse debet. Proinde etiam sub peregrinatione sanitati inservit mutatio *Loci*, quæ variationem *æris* quoad puritatem, raritatem, varietatem, temperiem, miscelam & relationem ad alia corpora naturalia complectitur, ideoque uni subjecto præ altero magis congruus ac salubris deprehendi;

henditur, quemadmodum non quilibet *homo*, quemlibet *locum*, nec quodlibet *clima* perferre potest, ideo interdum ædes, plateas, situationes mutare, loco aut urbe emigrare, prædia certis annis temporibus adire tenetur: conf. D. D. PRÆSIDIS *disp. de Morborum gradu differenti, pro locorum diversitate*; huc pertinet assertum ZACCHIÆ *Qu. Med. Leg. Lib. V. tit. IV. qu. 5. n. 16. Si aër laudabilis potest pessimus esse, respectu cujusdam individui, poterit & illaudabilis etiam esse salubris respectu alterius.* In Locis porro non modo aëris, climatis, temperiei, temporis, tempestatum, situationis, vicinitatis, ventorum, circumjacentium, sylvarum, aquarum, fluminum, stagnorum &c. ratio habenda est, sed *regiminis & diætæ* conditiones conciliari debent; Sic quidam homines calorem caminorum minus, fornacum magis, perferre possunt, & vice versa: imprimis non ubivis aqua ita temperata est, ut quilibet sanitatem inde sublevare possit; hinc nonnullorum confessio innotescit, quod hæc vel illa *monzana aqua & scaturigine, fluctuantem & labascentem suam sanitatem, firmaverint & melioraverint*: quare inter optima alicujus *Loci bona*, *dana & media naturalia Salubris aqua* existit, cujus utilitas vix maturius agnoscitur, quam si unquam, aut alicubi deficit: quapropter in naturali observatione crebriores illi casus occurrunt, quod ob valetudinis causam salutares tales aquæ undique conquirantur, nec pauci etiam cum ejusmodi pura & limpida aqua, nitidissimarum scaturiginum exoptatam sanitatem sibi comparaverint: Imprimis autem crebra, varia & multiplex *commotio* corporis, quæ sub Peregrinatione exercetur, maximum sub- & præsidium exhibet, quo mediante sanitas præsens confirmatur &

C

vacil-

vacillans atque amissa erigitur & reparatur, quippe quæ *species* motus corporis ob *reliquorum* congruorum *salutarium* adminiculorum concursum, præ aliis *vulgaris* & quotidianis motibus corporis *majorem salutiferam* efficaciam promittit & præstat: prout alioquin peregrinatio *varias* commotionum corporis *alias species* complectitur, velut ambulationes, equitationes, vecturas, navigationes &c. quæ variatio *delectans* propterea itinera magis *accepta* atque *utilia* efficit: cum vicissim motus corporis coacte, cum tædio, morositate, repugnantia ac torpore animi exercitus, *parum* utilitatis exhibet: Et quod JOEPSEUS *in manu duct.* ad vitam long. Part. I. cap. 9. pag. 83. professus, quod illa *optima corporis exercitatio sit, quæ omnes corporis partes aequaliter temperantesque exercet & cum fructuosa animi voluptate accidit*, id ad *convenientem* peregrinationem merito applicari potest; in quo momento sese itinera, *necessitate* coacta, instituta *Noth-Keisen*, cum quibus semper *adversus* animi affectus conjunctus est, a peregrinationibus *medicis*, aut *sanitatis* gratia susceptis *Gesundheits-Keisen* distinguunt, quæ posteriores ut plurimum spe, desiderio, fiducia, bonis votis & similibus gratis animi affectibus, velut comitibus atque sociis conjunctæ sunt: Præter singula hæc media, sanitatem a peregrinatione promittentia, varia alia concurrentia *specialissima* coincidunt, quæ *animo* æque ac *corpori* varia emolumenta promittunt, quorum tamen singularum usus atque ordinatio & applicatio a *perito* medico instruenda ac disponenda sunt, quo *salutarem* effectum rectius promoveant; dum vicissim aliquando minutissimæ circumstantiæ spem falle-

re

re & desideratum peregrinationum usum atque effectum
 corrumpere & annihilare possunt.

§. V.

Quoniam vero non *promiscue omnibus* subjectis Per-
 egrinatio *salubris*, aut *medica* existit, dum vicissim *varia*
 eorum deprehendantur, quibus tranquillum, sedatum,
quietum ac *solitarium* vitæ genus magis conducit, id quod
 D. D. PRÆSES amplifice explicavit & confirmavit *in dissert.*
de Solitudinis utilitate Medica, ideo nonnullas subjectorum
 qualitates recensēbimus, quæ *salutaribus* Itineribus susci-
 piendis conveniunt: Ratione *Ætatis* nec nimis *tenella* aut
infantilia, nec nimis *decrepita* & *grandæva* huc quadrant
 subjecta, quibus ut plurimum omnis *mutatio* suspecta &
 nociva evadit: quo varietas aëris, tempestatis, consuetu-
 dinis, victus & potus, præcipue autem intensioris com-
 motionis corporis, quæ sub Peregrinationibus ferme in-
 evitabilis est, multum contribuit: quare communiter *se-*
niores operosis *laboribus* & *migrationibus*, *legationibus* &
expeditionibus bellicis dediti, excipiuntur; sicut privile-
 gia *Senum* testari solent. Quoad *Sexum* *feminae* *tenerio-*
res, *sensibiliores* ac indulgentius educatæ ægre etiam pe-
 egrinationes perferunt, quibus alia consuetudo, alia tel-
 lus, alia constitutio aëris, mutatus victus atque potus mo-
 lestiam & offensam creat, welche kein unsanft Lustgen ange-
 hen darf, quæ præterea ab *inaequali* & *aucta* commotione
 corporis facile alterantur, & de capitis ac ventriculi mo-
 lestiis & cardialgiis conqueruntur, welche keinen unsanften
 Erhit thun dürfen: quæ porro ad mutatum potum per-
 quam sensibiles sunt, indeque citius offenduntur, ac an-
 gentibus & urgentibus flatulentis, colicis torsionibus,

cardialgiis, vomitibus & similibus connexis pathematibus affliguntur, quæ denique patrios lares ac consuetudines, sub diversis querimoniis extollunt, ich lobe mir mein Zimmer, Cabinet, Stuhl, Bette, commodität zu Haus: imo a deo *imaginaria* dantur sceminæ, quæ *nihil rectum*, utile, commodum & conveniens esse judicant, quam quod intra *consuetas* ædes evenit, unde sub peregrinatione *alvo duriori*, segniori inordinatori & difficiliori laborant, quia usitato loco secretiori & consueta sella camerale destitutæ sunt, ita ut sub peregrinatione etiam consueta & domestica familiari sella ac matula indigeant, quibus omnia *peregrina* sordent & *infecta* ac virulenta esse videntur. *Virium* respectum quod concernit, tunc homines *natura invalidi* aut *adversa* valetudine enervati ac *insigniter* debiles peregrinationibus se haud facile committere possunt, ni sub via optimaque spe reverti cito teneantur ac novas domesticas refectiones quærere debeant: generatim enim *itineria fatigant*, proptereaque *vires* necessarias requirunt: nec sub spe, fiducia & promissione impetrandi novi firmi ac constantis roboris *talia* subiecta ad peregrinationes adigi & impelli debent, quoniam successus atque eventus promissis haud responder, quin sæpius threni illi resonent, die Reise ist mir übel bekommen: Hisce subiectis annumerari debent, quæ non *prodigas* & impetuofas, idæoque *perniciosas* excretiones experiuntur, velut immodicos *alvi fluxus*, ob *immutatum victum* & potum, aut *colica* atrocissima tormina, ob varias causas, facile sub peregrinatione obvias, nec non immoderatas, subitaneas & vehementes *hæmorrhagias uterinas*, ut & similes *hæmorrhoidales* profusiones, quæ sub paulo *intensiori* corporis

cons.

commotione, sub itineribus *inevitabili* consecutione facile provocantur, ideoque immodico suo recurſu ſpem impetrandæ ſalubritatis & ſanitatis perfectioris eludunt atque fruſtrantur, quamvis *Bened. SYLVATICUS in Reſp. & conſult. medic. p. 319.* peregrinationem in *fluxu uterino aquoſæ materiæ, eſt animi levandi cauſa* conſilio ſuo probaverit & commendaverit. Pertinent huc etiam ſubjecta, quæ non *valde ſuſpecta labe* viſcerum laborant, quippe quæ facile levi mutatione *diætæ, regiminis, præcipue æris*, proinde paulo *auctiori* corporis commotione exacerbari poteſt & ſolet, velut ſunt *ulcera occlusa cacœthea, vel aperta, vel certis membranis occluſa; ſicut calculoſi* ob multiplices rationes maxima lenitate & circumſpectione peregrinationes inſtituere, aut in caſum dare debent; hinc præcavere ſolent, ne calculos commoveant, damit ſie den Stein ſich nicht erregen: Sint præterea ſubjecta comparata animi corporiſve *firmitate* prædita, nec nimis *ſenſibilia*, ne vel *ventorum, vel æris, vel telluris, vel connexarum* aliarum qualitatum mutatione magis *offendantur*, quoniam paſſim *temporaria, mutabilia, flexilia* atque verſipellia reperiuntur, quæ varias *mutationes* naturales ægerrime perferunt, & propterea vulgo *Wetterwendisch, veränderlich wie das April-Wetter*, dicuntur; quæ intricato *Calendario vivo* inſtructa ſunt; *vid. GERBEZIUS de intricato extricato, Roder. a CASTRO de Meteor. Microcoſm. FRANCKENAU Satyr. med. p. 173. HELMONT. de magic. vulner. curat. BOYLE nov. experim. phyſ. mechan. experim 18. WEGER de nonnullorum hominum Ephemericid. D. D. PRÆSES in Praxi extempor. coſ. 30. p. 1131.* quo etiam nonnulli caſus calendarii *ſauciatorum* referri merentur.

Quod itaque Peregrinationes satis sæpe ob inconvenientiam subjecti, loci, temporis, modi, morbi instituantur, dies, usus & eventus docent, & itaque huc applicari queat, quod LUTHERUS de itineribus religiosis testatus fuit, in Erklärung und Beweis seiner disputation von der Krafft des Ablasses, vid. *Opp. Lips. Parr. XVII. p. 89.* dum dicit: Diese Wallfahrten geschehen um vieler aber sehr selten um rechtmäßiger Ursachen willen; die erste ist die gemeinste, nemlich, die Neugierigkeit fremde und unbekandte Dinge zu sehen und zu hören, welche Leichtsinigkeit von einem Eitel und Trägheit des Gottesdienstes, den man in seiner eigenen Kirchen unterläßt herrühret: Sonst würde ein solcher Wallbruder, unvergleichlich bessern Ablass zu Hause finden, als an allen besagten Orte, wann er sie alle zusammen nimmt. = = Die andere Ursach ist noch erträglich, nemlich des Ablasses wegen = = es ist aber eben recht, daß derjenige also zu Narren gehabt worden, die zu Hause Christum und den Nächsten nichts achten, daß sie aufwärts zehnfach mehr verzehren ohne Nutzen und Verdienst: Derowegen wer zu Hause bliebe der würde viel besser, ja allein wohl thun, als wann er sich allen Ablass zu Jerusalem und Rom holet: ita non pauci dum magnis sumptibus *alibi* liberationem & remissionem a morbo s. *sanitatem* quærunt, mortem inveniunt; quare Peregrinatio talis *medice* instruenda & instituenda erit: *Media* autem quæ sub & *ex Itineribus* salubres usus conciliare & promovere possunt, juxta *prædictam* annotationem varia sunt: ex illis primo *Animi* rationem habemus: Adducimus iteratò *SENECÆ* effatum, *quicquid animum erigit, corpori etiam proficit*; quare non paucis

paucis peregrinatio salutifera aut *medica* evadit, quoniam inde animus non exiguum oblectamentum capit: hinc homines *valetudinarii*, qui non cæteroquin morosi, tædiofi, refractarii, aliorum confortia fugiunt, ob conspectum & usum variorum hominum aliorumque objectorum multum levaminis sub & ex itineribus sortiuntur: ob id peregrinationes *medicæ* etiam *deliciosa* esse debent, Gesundheits- und Lust-Reisen, quicquid itaque delectationem, beneplacitum, gaudium aliamque animi serenitatem & amicitiam promovere potest, id cum ejusmodi itinere combinari debet, interea valetudinarii molestarum & *morbosarum* afflictionum quadantenus *obliviscuntur*, ut eo facilis allevationem quandam ac status sui infirmi emendationem experiantur. Non parum etiam ad animi erectionem confert, si ob peregrinationes ægri a molestiis, *curis*, *officiis* & sollicitudinibus *domesticis* animum abducere, ac aliis *gratis* & acceptis occupationibus dicare & applicare possunt, qui interea temporis ad quietam atque acceptam tranquillitatem promoveretur, ut reliquæ curæ, sanitatis usui ac revocationi indulgentes, meliorem effectum atque utilitatem acquirant: Wann sie sich von ihrer Amts- und Hauß-Sorge und Beschäftigung losreißen, und sich wieder zu erholen Zeit bekommen: Quicumque propterea valetudinarii nimium morbis suis atque molestis sensationibus intenti, proinde anxia imaginatione & meticulosa cura solliciti & inquieti sunt, iis hæc mutatio rerum domesticarum & recreatio animi admodum proficit: quare *Paulus de SORBAIT in method. med. qu. 79. p. 143. differit: unde igitur fiat, quod quidam quiescentes ægrotent, itinerautes vero optime valeant, bene digerant, & pinguescant?*
resp.

resp. id posse fieri varias ob causas: primo quia domesticis non torquentur curis: secundo quia tam laute non vivunt, tertio quia labores & vigilia concoquunt: quarto quia major fit animi distractio, ob locorum & morum varietatem: quinto perpetua illa aëris mutationes non parum humores & spiritus persflant & expurgant. Negari tamen non potest, multos post itinera ob varia, quæ incurrunt, incommoda infirmari: quo pertinet illud effatum GALENI libello de exercit. parv. sphæv. inquentis: illa mihi videntur utilissima omnium exercitacionum, quæ non solum corpus exercere, verum etiam animum oblectare possunt: & porro ubi venationis exercitium laudat, testatur: adeo enim potentes sunt, quæ in id genus exercitii contingunt, motiones animi ut multi a morbi sæpe liberati, ea delectatione fuerint, multi vursus ex nimia conturbatione in morbos inciderint: quæ suffragia ad jucundas peregrinationes applicari possunt: Propterea etiam LENTILIUS & RIEDLINUS consentunt, quod multis subjectis, quæ ad zhermas & acidulas, velut ad sacram confugerant anchoram, commotio corporis, peregrinatio, mutatio aëris, cibi & potus, nec non grata socialitas plus utilitatis, quam ipse aquarum usus obtulerint.

§. VII.

De differentia observationum sub Peregrinatione instituendarum differit BESOLDUS in differz. I. de educatione studiis literarum, &c. & cap. 6. de Peregrinatione s. 2. p. 27. alia medicus observat, alia curat mercator, qui peregrinatur. BELLONIUS in præf. Hisce observationibus physicomedicis annumeranda venit observatio & indagatio aëris & specialis ejusdem qualitatis, temperiei, ac mutationis, quæ sanitati promovendæ aut destruendæ & offendendæ quadrat;

quadrat; quæ notitia & medico & ægro necessaria est; quò congrua & *salubria loca* feligi & commendari queant, quæ sub itineribus sanitatem promittere possunt: quare eum ob finem *mutationes* locorum & simul *ævis* per *medicas peregrinationes* instituuntur, quo purior, serenior, temperatior, tranquillior, constantior ac lenior aër in aliis locis spirans labefactatæ, vacillantis & læsæ sanitatis statum in certis individuis emendare adjuvet, quando hæctenus *inquilinus* aër aut ad excitationem, aut ad exacerbationem & sustentationem præsentis morbosæ infirmitatis & afflictionis contribuit: Communis enim observatio est, quod multi homines *certam ævis* qualitatem vel *melius*, vel *ægrius* quam alteram perferre queant; ideo interdum quidam necessitantur aërem & loca mutare, adeoque alicubi vires & sanitatem inquirere: & quemadmodum non quælibet quibuslibet conveniunt, ita GALENUS *lib. 1. de tuenda sanitate* inquit: *purissimum & temperatissimum ventum & aërem in pulmones attrahere, omnibus juxta salutare est: nam impurus aër & ventus omni ætati adversatur. At vero quæ ex calore, frigore, siccitate, humiditateque diversitas aëris contingit, non perinde se ad omnes homines habet, sed corporibus optimo temperamento dotatis, optime temperatus aër conducit, in quibus vero aliqua exsuperans qualitas dominium habet, iis utilissimus aër censetur, qui qualitati prædominanti pari gradu adversatur.* Quando itaque peregrinatio talem mutationem aëris *convenientem* conjunctam habere debet, ideo quoad hunc etiam respectum hæc migratio per diversa loca salutaris existit: ob id HARDERUS, ZWINGERUS, SCHEUCHZERUS, VALENTINI alique in *Nostral-*

D

giæ

giæ scrutatione insuper etiam *adversa* qualitatis aëris rationem ineunt & accusant: & VERULAMIUS in *Histor. Vir. & Morr. p. 518. ad artic. 5. seq. §. 31.* testatur: *mutatio aëris in peregrinatione, postquam quis assueverit, bona, unde & magni peregrinatione longævi fuerit: Præterea etiam sub itineribus nonnulli in vitæ ac sanitatis confirmationem diverso aëri adsuescere discunt, ne sola domestica aura fruuntur, sed variis aëris qualitatibus utentes, non facile ab aëris mutatione lædantur: Subinde vires magis roborantur, acquisita aut seducta sensibilitas corrigitur & omnes reliquæ naturales qualitates & functiones strenue & efficaciter magis succedunt, man wird dadurch hart und starck, leernet Luft, Wind und Wetter vertragen: dum vicissim domestica aër homines emollit ac facilius languescit & ad ægrozationes disponit, man hat nicht frembder Luft gewohnen lernen: Congruam propterea aëris mutationem in febribus plane chronicis nonnunquam valde salutarem prædicat SYDENHAMIUS, ubi de febb. intermitt. cura tractat p. 57. & præcipit, necessarium esse, ut provectoris ætatis ægri eodem ipso tempore, vel paulo antea insignem aliquam aëris mutationem subeant, sive quod potius oprandum esset, in calidiorum aliquam regionem commigrando, sive mutando saltem locum, in quo primum hoc morbo correpti sunt: prout in sequentibus curatius tempus indicat, quo talis aëris mutatio suscipi debeat: Et licet HIPPOCRATES Lib. de victu acutorum §. 57. text. 1. dolores & molestias testetur, quales itineribus adscribi possunt, eapropter non absolute nociva illa esse declarat, sed potius respectu qualitatum naturalium, aëri ex parte tribuendarum, pro conditione loci & regionis Lib. 3. de diata §. 4. l. 2. nocturnis itineribus vim resolvens.*

solventem & calefacientem adscribit: uti peregrinationes, *u*sibus *medicis* aut *salutaribus* respondentes, in relatione ad *idoneam aëris* qualitatem *JOUBERTUS Lib. de Peste cap. 12. p. 291.* per *infecta loca noctu potius quam inter diu* instituen-
das esse præcipit; ita ut multum omnino referat in *salu-
britate* peregrinationum ordinanda, concilianda & com-
mendanda, *aëris* etiam dispositionem, relationem & quali-
tatem indagare atque conferre.

§. VIII.

Præter hæc media sub & ex *Peregrinatione* salubri-
tatem medicam conciliantia in diversis subjectis & casibus
mutatio congrua & temperata *Dieta* non parum auxilii
confert: variis *valetudinariis* familiare est, ut intra priva-
tos ac *domesticos* parietes *parum* edant, *infirmo* etiam ac in-
stabili *appetitu* præditi sint, quid quod scrupulosum cibo-
rum selectum instituant, quando autem aliorum migrant,
tunc ob mutationem loci, consortii, officii, curæ domesti-
cæ, aliorumque sub- & objectorum non modo *meliori* ap-
petitu instructos se esse sentiunt, sed & *avidius* & libera-
lius cibos ingerunt, eademque plane jam esculenta assu-
munt, quæ *domi fastidio* & averfatione quadam profecuti
fuerant, frembd Brod schmecke und gebedhe besser, als das
eigene: ita enim quibusdam *aliæ* species atque præpara-
tiones ciborum *magis* ad palatum sunt, ut *facilius* ad co-
mestionem disponi & persuaderi queant, subinde etiam
majori *delectatione* cibum capiant; inde functio hæc natu-
ralis *innovatur*, quæ ante hac valde *mutabilis* ac *infirmæ*
exitit, ipsa subinde *crebrior corporis commotio* avidiorem
& ardentior excitat *appetitum*; & quo magis *domi*
magna cum *solicitudine* & inquietudine de *adversa* sua

valetudine cogitant, eo magis appetitus *destruitur* & sup-
 primitur: dum vicissim sub itinere reliqua *animi* erectio,
 uti alias, ita hanc functionem excitat & reficit: imprimis
 autem sub peregrinatione sæpe contingit, ut *salubri aqua*,
 pura, limpida, levi, dulci, magnam opem acquirant, ac
 interdum *solo ralis* aquæ usu varii desideratam ac firmam
 sanitatem impetraverint; quales scaturigines e montibus
 atque faxis salientes, illæ sunt, quibus HIPPOCR. in *Lib. de*
ære, aqua & locis multas tribuit laudes, quæ consideratio
 passim peculiari tractatione commendata prostat: invitat
 præterea peregrinatio homines, ut paulo *largius* potum ex-
 cipiant, ideoque *interiora* corporis magis humectentur &
 diluantur, dum aliquando evenit, ut *domesticis* consuetudi-
 nibus indulgentes *parcius* bibant, eaque propter *morbificas*
 causas facilius generent: quod si itaque valetudinarii mul-
 tum *domi sedentariæ* vitæ inhæreant, tunc successive ad *de-*
suetudinem bibendi & *oblivionem* sitis seducuntur, quæ utraque
præjudiciofa qualitas sub peregrinatione facile cor-
 rigitur & emendatur, ut hoc commodum inde in sanita-
 tis recuperationem redundet: Singula vero hæc subsidia
 & adminicula, quæ peregrinationem *medicam* i.e. saluti-
 feram reddere adjuvant, præcipua efficacia sublevat & suf-
 fulcit solertior & frequentior usus *commotionis corporis*,
 quæ sub itineribus præterea *multiplex* esse solet: Haud
 quidem talia *subjecta* itineribus committenda sunt, quæ
 vel ob nimiam *infirmiorem* & morbi *gravitatem* in lectis
 curatius, constantius & diutius detineri, nec quæ sub pe-
 regrinatione multis molliusculis plumeis culcitris involvi
 & implicari debent, quæ motibus hisce subeundis inido-
 nea sunt; *sales* rectius itineribus suscipiendis quadrant
 vale.

valetudinarii, qui aliquali adhuc *orbostadio* gaudent: ob id illa corporis commotio, quæ peregrinando comittitur, diversa grata mutatione, *vectura* imprimis & *ambulatione*, nec non *equitatione* interdum, qualibet autem moderata, varios *salubres* promittit effectus; & quemadmodum tales motus variis *oblectamentis* sociantur, insuper non ad molestant ac tædiosam enervationem ac ominosum virium dispendium urgentur, sed placido gradu, accepto intervallo, aliorumque jucundorum subsidiorum connubio exercentur, ea propter corpori afflicto & *morboso* majorem largiuntur opitulationem: sub illo enim motuum exercitio *languescentes* vires magis eriguntur, confirmantur & *roborantur*, ut causa morbifica eo melius, certius & citius subjugari queat: sub hoc leni præterea *roboris* naturalis *accremento*, *se* & *excretoriæ* functiones liberius & liberalius succedunt, *appetitus* augetur, *somnus* magis *æqualis*, constans & sufficiens redditur, & ita naturali libero ac securo modo pristinus *morbosus* status valor infringitur, sanitasque absque operoso, specioso, copioso & *artificioso medicaminum* apparatu restituitur, proinde autem satis sæpe morbus è *fundamento* tollitur & aufertur. Nec tamen propterea *valetudinarii* homines *peregrinationes* perhorrescere atque *fugere* debent, si *uno* & *altera vice*, uno aut altero *die*, commotio illa *expectatum* & *exoptatum* effectum minus præstitit, quoniam etiam cum hoc medio, salubritatem naturalem acquirendi, *reperitio* juvat, ideoque prudens medicus adminiculum illud ad *medicam* efficaciam congruis suis consiliis promovere debet.

§ IX.

In compendio adhuc *nonnullos morbos* & *morbosas*

insultus e multis adducemus, quibus Peregrinationes *salutares* aut *medicæ* evadunt: ex illis primatum tenent illi, qui a *morbifica* & *inquieta* sanguinis *plenitudine* ortum habent, quippe quam causam prædicta *medicæ* sanitatis eximie *variis* modis *corrigitur*, dum *multiplex* motus corporis partim *superfluam* & *nimiam* ejus copiam *successiva* efficaci *resolutione* *imminuit*, partim *intimiori* permixtione ad *æqualem* *temperiem* ac *puritatem* promovet, partim *reliquam* copiam & *massam* sanguinis magis *attenuat* & *æqualiter* per universam corporis *distantiam* *distribuit*, inde varii *præternaturales* alterationes *avertuntur* & *emendantur*: subinde autem varia *excretoria*, imprimis *cutis pori* *aperiuntur* & *permeabiliores* redduntur, hinc sub *itineribus* *necessaria* & *sufficiens* *transpiratio* *restituitur*, *difficilior* sudatio *allevatur* & *promoveretur*, *interiora* corporis & *simul* ipsa *massa* sanguinea *liberaliori* fluidorum & *diluentium* *ingestione* *uberius* *humectantur*, indeque multa alia *commoda* naturali plane, leni ac *placido*, proinde autem *admodum* *congruo* modo *invitantur*, quæ quo minus *coacta*, *scrupulosa*, *artificiosa* ac *ingeniosa* *ratione* *provocantur*, eo magis *viribus*, *ordinibus* & *usibus* *naturalibus* atque *spontaneis* *convenientia* & *salubria* existunt: Ad hæc *congrua* peregrinatio plurimis ferme *Congestionibus* & multis *stagnationibus* humorum, inde etiam *pendentibus* *diversis* *umoribus*, perquam *utilis* & *salubris* evadit: Seorsim autem non pauci crebras *cephalalgias*, *vertiginosas* *molestias*, *ophthalmicas* *afflictiones*, *auditus* *gravitatem* ac *miros* *Susurrus*, *oppressiones* *pectoris*, *gravativas* *molestias* & *oppletorias* *distensiones* *hypochondriorum*, *tumores* *ædematosos* *artuum*, *periodicæ* *ardores* *ventriculi*,
dysu-

dyfurias a *congeftione* fanguinea natas & adhuc plures alios *connexos* fimilesve affectus sub & ex peregrinationibus *plus*, quam ab ullo *alio* antea follicite parato, mutato & aucto *medicamine* cum eximio levamine amiferant, cujus falutaris *fuccellus* & *eventus multa* *specimina* & *teftimonia*, fi ratio *inftituti* & *temporis* concederet, *producere* poffemus: unicum è *numerofis* allegaffe fuffecerit: vir quidam a *Patre* admodum *hypochondriaco* & *vertiginofe* *genitus*, jure *hereditatis* *eximium* *Vertiginis* *gradum* *obtinuit*, quo per *quindecim* *annos* ita *afflictus* fuerat, ut *nullo* die ab hoc *affectu* *liber* extiterit, nec *varia* *remedia* *quicquam* levaminis obtulerint; quoniam autem *fors* *contigit*, ut *officiis* *Personarum* *regio* & *principali* *fulgore* *corufcantium* *variis* *peregrinationibus* *infervire* debuerit, præterea autem *iter* *quoddam* per *plusquam* *centum* *miliaria* *fufceperit* atque *peregerit*, talem inde *capellivit* *fructum*, ut ab *hereditaria* *moleftiffimaque* *fua* *vertigine* *plurimum* *liberatus*, & per *Dei* *bonitatem*, *parum* *amplius* *illam* *expertus* fuerit: *Peculiarem* *etiam* *cafum* *recenfet* *Benedicti*. *SYLVATICUS* in *Conf.* p. 276. de *ftagnatione* *humorum* & *tumore* *in* *genitalibus*, ad quem *discutiendum* præter *alia* *etiam* *peregrinationem* *commendat*. *Cum* *ejusmodi* *Congeftionibus* *proximiorum* *fæpe* *nexum* *habent* & *Rheumatismi* & *Eryfipelaceæ* *afflictiones*, quæ *variis* *subjectis* *habituales* & *recurrentes* *aliquando* *redduntur*, quibus *quoad* *futuram* & *novam* *invasionem* *avertendis* & *præfervandis* *moderata* & *conveniens* *peregrinatio* *multis* *cafibus* atque *modis* *proficua* *obfervatur*: *Idem* *etiam* *valet* *de* *diverfis* *fpafticis* *invasionibus* & *cruciatibus*, qui *pro* *circumftantiarum* & *subjectorum* *conditione*, *nunc* *curato*.

vazoriam, modo *præservazoriam* utilitatem e peregrinatione capiunt: Et quemadmodum generice delectatio animi, concoctionis promotio, evacuationum sublevatio, humorum æqualis distributio, crebra & congrua corporis commotio aut exercitatio &c. eximium spasmodorum linimentum sunt, ita singula hæc media conjunctim & seorsim sub peregrinatione spasticis affectibus magnum levamen & promittunt & offerunt; testimonio imprimis *podagricorum*, qui sæpe sub ejusmodi migrationibus ab hisce doloribus *immunes* degunt, quando autem *mobilem* hanc & mutabilem vitam cum *sedata* & otiosa commutant, de novo *pristinis* cruciatibus insultantur: simile solatium & *arthritis* & *ischiadici* non raro ex itineribus sperare & impetrare solent.

§. X.

Quantam porro Peregrinatio *rite* instructa ad *promotionem salutarium Hemorrhagarum*, vel *prima* vice entientium, vel *congruis* temporibus, aut plane *periodis* recurrentium, conducat, quotidiana edocet experientia, ita ut ad hoc medium, quando *alia* auxilia sufficientem & perfectam opem *denegant*, velut certissimam *salutiferam* confugiant anchoram: imprimis autem hæc species *motus* corporis ad *Mensium* perruptionem & sufficientem fluxionem mirabilem utilitatem conciliat, dum præter curam *mentis*, quæ in meticulosis & sensibilibus sceminis ob *adversam* valetudinem valde abjecta & *afflicta* est, subinde corpus diversis convenientibus effectibus atque modis ad *faciliorem* Mensium *perruptionem* præparat, ut *generica* corporis *concuſſatoria* commotione, *sanguinis* intensiori distributione & circulatione, viarum *se- & excretoriarum* melio-

meliori apertione, speciatim autem auctiori *uteri* actua-
 tione & fortiori sanguinis affluxu & progressu ad & per
 illum, salutaris ille fluxus adjuvetur, invitetur & faci-
 litetur: quid *morus corporis* sub itinere, *una cum aëris*
mutatione, cuidam *in mensium defectu* contulerit, singulari
 observatione sub *vir. iter menses movens* RIEDLINUS *Lin.*
Medic. An. 3. Jul. obs. 22. p. 480. comprobavit; in qua re-
 latione testimonio manifesto confirmatur, *idem* remedium
plus una vice eundem salutarem obrulisse effectum; quare
 eandem historiam hoc epiphomemate author ille obfi-
 gnat: *Sicuti vero hæc sufficienter restantur, quantum huic*
iter profuerit, ita nullus dubito, quin & apud alias vel iter
institutum, vel similis morus, non neglectis tamen aliis con-
venientibus remediis, in movendis mensibus baud parum cou-
ferre possint: Eximiam porro vim provocandi quando
 accedunt & *imminent*, & promovendi, quando *difficulter*
 incedunt *Hæmorrhoides*, habet Peregrinatio, aut *Vectura*,
 aut *equitatione* instituta & continuata: utraque commo-
 tio *proximius* singulari efficacia *vias & vicinirates* hæmor-
 rhoidales afficit, ut tanto citius e *sedalibus* locis sanguis
 perrumpat: nullum sane certius, constantius, efficacius &
 securius reperitur sub- & præsidium, quod *Hæmorrhoi-*
dum revocationi & promotioni congruit & proficit:
 Quemadmodum enim communiter *generatim morus* cor-
 poris ad *Hæmorrhoidum facilem & liberum* successum
 laudatur, ita Peregrinatione exercitatum corpus ob *con-*
cursum variorum *aliorum* adminiculorum, multa emolu-
 menta capit, teste MERCURIALI *Tom. I. conf. 29.* proximio-
 res enim *locorum* hæmorrhoidalium eæque moderatæ
concussiones, quæ *sub itineribus* contingunt, ultimam per-
 E ruptio-

ruptionem venarum, sanguine jam *tumentium*, adjuvant & accelerant, & dum iidem motus *alvinam* excretionem provocant & promovent, eo certius & citius etiam *Hæmorrhoidam* successum invitant & alliciunt. Vicissim vero ex opposito motus corporis & *peregrinatio prohibetur*, quando aut *Menses*, aut *Hæmorrhoides prodige*, impetuose & immodice succedunt, ubi rectius & animi & corporis quies injungitur, quo profluvium illud facilius subsistat, *conf. RIEDLINUS Lin. Med. An. 2. Junio obs. ii. p. 273.* Nec desunt consilia, quibus peregrinationes ad *Hæmopryseos* curam laudantur, ne videlicet hæc iterum recurrat, & tandem funeste decurrat: in quo casu autem exquisito *moderamine* itinera admitti & suscipi debent, quo congestiones a *pectore* avertantur & discutiantur, *ordinaria* evacuationes revocentur & promoveantur, *convenientior aura* seligatur & adhibeatur, *aqua purioris* & limpidioris usus concilietur, *jucunda socialitas*, ne aliæ morales afflictiones animum & corpus turbent atque offendant, substituatur, & ita singula illa media conferantur, quæ legitimæ illius curæ respondent: dum contra non desunt exempla atque testimonia, quibus probari potest, quod *paulo* durior, intensior & incuriosior *peregrinatio* insultum *hæmopryseos* excitaverit, sicut nonnulli *juvenes*, ab *improvida* peregrinatione *reduces*, in eandem ominosam *Hæmorrhagiam* inciderunt: De reliquo itinera magis ad *Hæmorrhagias promovendas*, quam evitandas quadrant.

§. XI.

Præter hosce morbosos status *Peregrinatio congrua* nonnullis *chronicis* affectibus medicam opem promittit, inter

inter hosce autem *Phthifis* peculiarem attentionem mere-
 tur: SYDENHAMIIUM varii sequuntur medici, qui ægris
leniori phthifis gradu affectis, hoc medicum auxilium
 commendant: DOLÆUS in *Encyclop. medic. Lib. 2. de morb.*
zborac. cap. 6. de phthifis p. 169. inquit: *peregrinationem ad*
exteros ad murandum aërem & cibum suademus; hoc enim
modo tres ab hoc morbo (videlicet phthifis) immunes factos
novimus; quod & commendat Sydenham: simile testimo-
nium perhibet RIEDLINUS l. c. An. 3. inquit, *solo etiam*
motu mediante mirum quantum phthifis consuli, anglo-
rum scripta restantur: sollicite enim illa cautela observan-
da erit, ne phthifis ille affectus profundiores ac firmio-
res fecerit radices, neve majores acquisiverit progressus,
alias contraria nobis constant exempla, dum vel sub itine-
re ægri residuum vitæ amiserunt, vel sine ulla mora ite-
rum revehi & reportari debuerant: Præterea itinera me-
dicam etiam virtutem habent, quando varia viscera medio-
cri obstructione laborant, præcipue si hepatis & lienis in-
farctus, glandularum mesenterii indurationes, uteri &
genitalium scirrhi fundamenta sternunt & molestant, in
quibus intricatis affectibus hætenus deprædicatum admi-
niculum insignem utilitatem medicam aperitivam & disci-
ipientem pollicetur & actu etiam præstat: ideo SYDENHA-
MUS tr. de Podagra p. 473. in *chronicis* imprimis morbis per-
 egrinationes versus *Austrum* proficuas esse indicat & ex-
 plicat, quoniam australis aëris constitutio, quippe *calidior &*
purior, iusto usu humorum *fluiditatem, sudoris* successum,
resolutionum stagnationum sublevat & promovet. Eximi-
 am porro utilitatem Peregrinationes in affectu *hypochond-*
driaco & hysterico habent, in quo tam *per se*, quam median-

*sibus aliis congruis auxiliis magnam opem afferunt, dum morbum talem rebellem & obstinatum funditus extirpare adjuvant, ita ut plus proficiant, quam singula reliqua medicamina: & si ad hosce affectus hodiernum aquæ ita dictæ minerales aut forerix magnis extolluntur laudibus, hæc tamen nunquam comparare desideratam conciliabunt opem, nisi vel perfecta peregrinatio, aut huic subordinata congrua alia corporis commotio & exercitatio instituat: ita ut talibus medicis peregrinationibus & migrationibus ad ejusmodi fontes soterios Medicinische Wallfahrten, mul-
rum adscribi mereatur, si singulare præsidium & auxilium ab earum aquarum usu expectatur: quemadmodum vicissim non raro aut *solus*, aut *præcipuus* usus itinerum hoc malum radicitus evellit, ut sæpe *hypochondriaci* emigrant, *sani* autem revertantur, modo *incongruis* ingestis apud exteras provincias huic fontico morbo nullum suggerant pabulum: quare *Bened. SYLVATICUS Consil. & Respons. medic. p. 305.* in *hystericis* pathematibus *convenientes* tales emigrationes commendat: Et quemadmodum cum hypochondriaco affectu *Melancholica* mentis perturbatio facile & sæpe *concurrit*, ita huic animi corporisve morbo peregrinatio valde & frequenter variis multisque perinde modis atque effectibus proficua redditur: *conf. A. E. L. Ann. 1709. Febr. p. 75.* etenim præter mutationem *domesticæ* vitæ & recordationis *pristinæ* quotidianæ calamitatis, etiam assidua & efficax corporis commotio, *animi* erectio, cum *aliis* conversatio & confabulatio, *molestiarum* & passionum oblivio, *aëris, cibi & potus*, ut & *loci* immutatio multum ad hujus mali *sedationem*, mitigationem & curationem confert: quare *Bened. SYLVATICUS l.c. p. 46.*
*pere-**

peregrinationes melancholicis utiles declarat, & p. 75. de melancholici cura inquit: hoc uno observato, quod peregrinationes & amicorum consuetudo illi semper usui fuerint, & p. 342. 375. ac interim peregrinationi & sodalicio det operam, hinc enim maximum levamen percipiet: Proinde etiam talia itinera alias mentis confusiones & imbecillitates, aut falsas imaginationes aliquoties corrigunt, ut sub confortio jucundo cum aliis hominibus & mutata occupatione cum aliis iisque gratis negotiis corruptarum idearum obliviscantur, sicut idem SYLVATICUS p. 125. peregrinationes ad falsam imaginationem corrigendam & mentem ab objecto adverso divertendam laudat: & ita HARDERUS & SCHEUCHZERUS ad Nostalgiam demulcendam & leniendam jucundas peregrinationes, ut superius notatum, approbant & præcipiunt. Quando etiam contingit, ut nonnulli homines ob Sudorum liberaliorum suppressionem adversam sibi contrahant valetudinem, sive jam illi Sudores fuerint aut annui & quasi crivici, sive quotidiani, tunc alia media vix tantam afferent opem, quam peregrinatio congrua exhibet, quæ iterum plenior & faciliorem reditum & transitum humorum per peripheriam corporis revocat, poros cutis recludit & sudoris iteratum successum promovet. Tandem itinera illis etiam non leve subministrant auxilium, qui sequiori, duriori, difficiliori & inconstantiori excretionem alvi & urinæ laborant, unde præter valde molestam flatulentiam varia alia experiuntur incommoda, quæ plurima sub & ex bene disposita peregrinatione secure & efficaciter mitigantur: exemplum memorabile in B. LUTHERO deprehendimus, qui Schmalcaldix pertinaci laboravit Ischuria, inde autem mor-

ti proximior Wittebergam rediens, sub hac peregrinatione saluberrimam urinæ revocationem obtinuit.

§. XII.

Posteaquam *nonnulla morbosarum afflictionum specimina* indicavimus, quibus Peregrinationes *medicam* opitulationem largiri solent, ita quidem e *specialissima* observatione varii alii casus annecti possent, quibus illarum utilitates ad *polyposa* in & accrementa, ad diversa rebellia *ulcera*, ad *ariduras*, *spasmus* specialissimos, contracturas, peculiare *tumores*, *dolores* clandestinos, *febrilitatem*, *asthma*, *nimiam corpulentiam*, *tubem*, *atrophiam*, *scorbuticam* infectionem, *scabiem* diuturnam, certos affectus *paralyticos* &c. deprædicari & probari possent; ast dum *fundamenta* in hac annotatione practica sufficienti deductione indicavimus, reliquam applicationem & conciliationem aliorum industriae relinquimus, & tantum coronidis loco addimus, quod tribus verbis superius monuimus, itinera non promiscue instituenda, sed pro ratione *subjectorum*, *morborum*, *temporum*, *modorum*, *locorum*, *graduum* &c. exacte *ordinanda* & dirigenda esse. Ideo ad medici *periti* officium spectat, ne *præcoci* consilio ægros prosequatur & in alienam terram *releget*, sub respectu illo wenn wir der Kranken haben satt ic. sed ut valetudinarios ad suscipiendas peregrinationes *animo* atque *corpore* condigne præparet, omnia illa *obstacula* & offendicula removeat, quæ ullam *anxiam* atque sollicitam curam in animis eorum excitare & sustentare possunt; imprimis autem *collectæ* impuritates e *primis* viis aptis *lenientibus* & *laxantibus* educi debent, *ventriculus* proinde & *intestina* convenienter roboranda sunt; præterea talia ordinentur, quæ *virium* conservacioni & repara-

parationi inserviunt, nec non quæ suspectis *obstructionibus* resistunt, ac necessariam atque successivam partium aperiionem promovent; ratio habenda est præsentis fortitan & *urgentis* status *plethorici*, ne exacerbetur & ad *senistros* effectus sub itineribus concurrentes *commoveatur*, quare *modica* subtractione artificiali prius imminuatur, quia sub peregrinatione ille ulterius minoratur & attenuatoria commotione resolvitur; uberius contra & *largior* illius depletio vires magis afficit, & valetudinarios enervat, ut ad peregrinationes subeundas minus dispositi esse appareant. Si quæ etiam alia *individualia* impedimenta occurrunt, tunc illis pariter congrue *abigendis* operam det medicus. Sub peregrinatione autem nec *semper* remediis uti, nec nunquam non ab eorum usu absolute abstinere convenit, sed pro conditione subjectorum usus illorum rite combinandus est. Nec tamen *nimum* sub *peregrino* loco medicamentis se mancipare consultum est, sed potius *ab illis* mediis, quæ *peregrinatio* suppeditat aliquam opem expectare confert: ob id nec animus, nec corpus *continua* pharmacorum ingestione molestari debent, quoniam nihil interrupta medicamentorum usurpatio semper ægrotationis *recorvationem* innovat, quæ tamen sub itineribus quadantenus *deponenda* & cum oblivione aliqui *prægressu* afflicti status immutanda est: Quodsi autem *maxime necessaria* remedia conjungi & interdum adhiberi debeant, tunc *generatim* conveniunt *pilula balsamica*, quæ leniter excretionem *alvinam* promovent, *viscera* roborant, *vias* aperiunt, humores *mobiles* reddunt & *æqualem* eorum motum, transitum ac progressum faciunt; si quidam valetudinarii pilularum usum averfantur, tunc utantur

tur *passulis laxativis*, aut infuso *rhabarbarino*, aut *Sale* quodam *Laxativo*. Interdum usurpetur *Tinctura Stomachica* ex Ess. helenii c. b. cent. min. bacc. juniper. gentian. rubr. C. aurant. recent. Tinctura tartari & spiritu nitri dulci parata: vel si ad manus fuerit Elixirium Stomachicum ex aquis congruis destillatis, extractis resolventibus & roborantibus, liquore nitri fixo, oleo Stomachico destillato &c. compositum, id adhibeatur: nonnunquam interponatur pulvis aut temperans, aut absorbens, aut digestivus, aut antispasmodicus, quo motus incongrui mitigentur, humores crudi resolvantur, impuri corrigantur, & urinæ atque alvi excretio sublevetur & invitetur. Si tandem *diæta conveniens* ordinatur & conjungitur, tunc eo certius ac facilius evadet *Peregrinatio Medica*, de qua præsentî deductione hætenus egisse & instituto nostro satisfacisse suffecerit. Quod superest Summo eoque optimo rerum nostrarum Moderatori pro cælesti auxilio, in præsentî labore præstito, devotissimas reddimus grates, insuper etiam humillimis flagitamus precibus, quo exiguos nostros labores divina comitetur benedictione, eosdemque salutaris semper comitetur successus atque

F I N I S.



St

Fa Freund! auch meine treue Pflicht
Die Deinen munteren Lauf begleitet
Als Dich Hygäens helles Licht
Durch ihr gesundes Reich begleitet,
Begleitet Dich mit Lust und Wünschen zu den Stufen,
Wohin Dich Billigkeit und Werth und Ehre rufen.
Sie selbst empfängt Dich nach dem Schweiß
Die Göttin der gesunden Künste
Und reicht den Purpur Deinen Fleiß
Zum wohl erworbenen Gewinste.
Sie öfnet ihren Mund. Ihr regen Haufen schweiget,
Hört ehrerbietig zu, wovon die Liebe zeuget.
Nur der wird von mir Sohn genennet
Der die verborgnen Heimlichkeiten
Der Mutter aller Dinge kennt.
Und der des Körpers äugre Seiten
So wie den innern Bau scharfsichtig durchgesehret
Und weiß wie die Natur darin so klug regiert.
Der ieder Krankheit Quell entdeckt
Und dessen Einsicht nicht verborgen,
Was oft die Hinderung erweckt
Wenn die Natur mit scharfen Sorgen
Das eingefogne Gift sucht hitzig fort zu treiben
Und ihr zur Hülfe auch weiß Mittel vorzuschreiben.
Mein Sohn! dis suchte nur Dein Fleiß,
Du weißt wie der Natur zu dienen
Drum ist zum wohlverdienten Preß
Dein Ruhm so wie Dein Glück erschienen
Sie segnet Dich, und schweigt. Man jauchzet voller Freuden
Dein wohlverdientes Glück soll Freund, nie von Dir scheiden.

Mit diesem wenigen wünschet dem Herrn Candidato
Glück dessen ergebenster Freund und Diener

Timotheus Just Lange, Oppon.

Med. Cand. Halensis.

F

Und

Und so verleihe ich denn; und wen? dich werthen Freund,
 Ja gar, ich wünsche Dir noch Glück zu Deiner Reise,
 Der Schmerz verbietet mir, daß ihn die Feder weise,
 Weil wie uns mehr kein Orth, so ihn kein Blath vereint.
 Wie oft gedenk ich nicht zwiefacher Artz vom Fleiß,
 Durch eine hast Du mir, Dich als ein Freund bewähret,
 So wie die andere fast Buch und Dich verzehret,
 Worin ich neben Dir kein gleiches Muster weis.
 Hygea hat deshalb nicht länger angestanden,
 Der längst verdiente Preis zehet Dich, mein Eichenfeld!
 Da sie dem Würdigsten die Crone zu gestelt.
 Mit der sie und das Glück iüngst ihre Macht verbanden.
 Der Himmel schencke dann, was Du durch seinen Segen,
 Den Krancken wiedergiebst, auch Dir in Überfluß,
 Mir, der ich Dein Gesicht auf ewig darben muß,
 Wird Dein Gedanke schon, von mir das Herze regen.

Hiemit empfiehlt sich zum geneigten Andencken des Hrn.
 Doctorandi aufrichtiger und verpflichteter Freund

Michael Gottlieb Theis,
 von Herrmannstadt aus Siebenbürgen M. S. Oppon.

Sic juvat egregias didicisse fideliter artes
 Si mox accedat summo Honoris apex
 Præmia Theologos, Juris quoque rite peritos
 Ornant, & medicos optimus ornat honor.
 Exemplo nobis EICHFELDIUS optima quæque;
 De Studio Medico sedulitate tulit.
 Hinc IPSUM decorat medicorum nobilis Ordo
 Præmia sic vera sedulitatis habet
 Det Deus, ut multis multas per pharmaca fructus
 Afferat, & semper continuetur Honos!

hæc in honorem Prænobilissimi Dn. Candidati,
 Amici ælumnatissimi apposuit

H. Kipper,
 Vesal. Cliv. Med. C. Oppon.

Römmt

Nimm der Späthling noch zu rechte
Den Dir Pflicht, und Liebe schickt?

Der sich mehr um Dich geschmückt,
Wenn sein Puz Dir Ansehn brächte:
Doch, Dich täuscht die beste Schmincke,

Deine Augen, so die Nacht,
Stets auf Edwen-Arth verbracht,
Eadlen sie mit jedem Wincke.

Drum muß jetzt Dein Ehren-Preis,
Den Du stets mit Schweiß begossen,
Weil er hier sein Wachsthum weiß;
Um Dein Haupt zusammen sprossen.

Brauche dann, mein Eichenfeld!
Wird' und Huth; mit Güt Dem Glücke:
Laß uns eine alte Welt,
Mein Gedenden nicht zurücke.

Dem gütigen Adenden seines besonders werthen
Freundes, empfehle sich hiedurch, des Hrn. Do-
ctorandi aufrichtiger Freund und Diener

Carl Friederich Wernich,

aus Wrißen an der Oder beider Rechte Besizener.

So recht! geprüfter ächter Freund, so eilst Du endlich zu
dem Ziele

Das sich Dein Geist längst vorgesteckt. Das Ziel wornach
war ihrer viele,

Mit anfangs-heißem Triebe rennen, doch weil sie Staub
und Arbeit fliehn,

Kurz nach dem Anfang schläfrig werden, und ihren Fuß
zurücke ziehn.

Der Ausgang zeugt, daß Deine Brust kein schläfrig Wesen
eingenommen,

So, daß Du unter Lust und Fleiß, dahin wo Du gedacht,
gekommen.

Nun zeige auch dem Vaterlande die Stärke Deiner
Wissenschaft,

Und

Und brauche mit erwünschten Seegen der Arzeneyen: Wun-
der-Kraft.
Mein Geist sieht in Gedanken schon das Dir erbetne Wohl-
seyn blühen.
Dein Unternehmen müsse Glück, Dein Wandel Seegen nach
sich ziehen.
Ich misse Dich! da Schicksals-Wincken den Freundschafts
Umgang unterbricht,
Und ob wir uns je wieder sehen, weißt Du und ich jetzt sel-
ber nicht.

Hiermit wolte seinem aufrichtigen Freunde seinen schuldigen
Glückwunsch bey erlangter Doctor-Würde ablegen

Ludewig Friderich Zitscher,

der Gottesgelahrtheit Besißener aus der Mittelmark.

Sic abitum meditans a musis, DVLCIS AMICE,
In medica summos arte capis titulos.
Vocibus hos lactis toto TIBI pectore grator:
Dum carpis studiis praemia digna TVIS,
Ex quo TE novi, vero coniunctus amore,
Vna mihi TEcum mensque domusque fuit.
O si nunc etiam comitem me iungere fas sit!
Verum qua corpus fata maligna vetant,
Absens interea memori TE corde tenebo,
Corpora si distant, pectora iuncta manent.
Discedas felix, NVMEN TVA coepta secundet,
Aurea sit praxis, perge fauere, Vale!

Hocce animi deuincti testimoniū adiecit, sua-
uissimo contubernali suo dignitatem Doctora-
lem capestanti gratulaturus

Fridericus Henricus Noltenius,

Gardeleg, S. S. Theol. Stud.



Nd 1257.

8°

(1712-14)

ULB Halle


001 734 814


3



MC







DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA, 4
DE
**PEREGRINATIONE
MEDICA,**

Von Gesundheits-Reisen, oder Medicinischen Wallfahrten;

Quam
AUSPICE DEO PROPITIO,
Et Consensu atque Auctoritate Gratiſſa Facultatis Medicæ,
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,
P R Æ S I D E

DN. D. MICHAELE ALBERTI,

SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB.
CONSILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFES-
SORE PUBLICO ORDINARIO, ETC.
DECANO SUO SPECTATISSIMO,

Domino Patrono, Præceptore ac Promotore suo, omni honoris cultu prosequendo,
PRO GRADU DOCTORIS

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILE-
GIIS DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,

HORIS LOCOQUE CONSVETIS,
ANNO MDCCXXXIX. D. MART.

PUBLICÆ AC PLACIDÆ ERUDITORUM VENTILATIONI SUBJICIET
R E S P O N D E N S

GEORG EMANUEL EICHENFELD,

WRIZENSIS AD VIADR. MESO-MARCHICUS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
TYPIS JO. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.